Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

Historiae Ecclesiasticae Pars Tertia, Qva Continentvr Hermiae Sozomeni Salaminij lib. 9. Euagrij Scholastici Epiphanensis lib. 6

Christopherson, John

[Köln], 1569

Quo modo Romanis Barbarorŭ incursu periclitantibus Mauia suppetias miserit, & quidam ex plebe victoriam reportarint. item quomodo iusserit suam vnicuique religionem eße liberă. Capvt I.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12718

Visual Library

HERMIAE SO-ZOMENI ECCLESIASTICAE HISTORIAE LIBER SEPTIMVS.

SVFFRIDO PETRO LEOVARdienſi Friſio Interprete.

Quo modo Romanis Barbarorũ incurſu periclitantibus Mauia ſuppetias miſerit, & quidam ex plebe victoriam reportarint. item quomodo iuſſerit ſuam vnicuique religionem eſſe liberã.

CAPVT I.

VAlentem igitur, ad hunc modum extingui contigit: Barbari porro victoria elati Thraciam vniuerſam depopulati ſunt, & in ipſa demum ſuburbia Conſtantinopolis incurſiones fecerunt: Rebus tũ in diſcrimen adductis ingenti præſidio fuere, primũ pauci quidam ex cõfœderatis Saracenis à Mauia ſubmiſſi, deinde & ex ipſo populo q̃ plurimi: Hi enim, quia Dominica Valẽtis vxor ipſis ex ęrario certum ſtipendium perſoluebat, vt quiſque poterat, armati obuiam hoſtibus iuerunt, eoſq; facto impetu procul ab vrbe fugauerũt: Gratianus interim vnà cum fratre vniuerſum Romanorum Imperium adeptus, cum patrui ſententiam non probaret, qua ille pertinaciter iſtos erat perſecutus, qui in religione ab ipſo diſſenſerant, omnibus ijs, qui illo viuente Religionis ergo in exilium pulſi fuerant, reditum conceſsit, legemque tulit, vt quiſque liberè quamcunque Religionem, quemcunque Cœtũ vellet, ſectaretur. exceptis Manichæis Photinianis & Eunomianis.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN